



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. II. Exsilij causa solum vertere. Faticere. Cicero epistola ad Brutum
emaculatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

In mari quod elauit, nisi hic in terra iterum elauit?

Alludens ad naufragium suum & formulam, qua decoctores & damnosus bonis eluere dicuntur: cui iiciens seruulus, mihi, inquit, susque deque est, bonis elus, quod fortunæ aut luxus est; an hinc demungare, quod dolis & technis fieri norant, qui latine sciunt: & accidisset Charmidi, si vestem mutam induxisset animum. Quamquam non negem adhibitiones & lauationes veterum potuisse respexisse potam. Ita vt hoc in medio relinquo; ita, nisi admodum fallor, docti non negabunt rectè à me confectum locum Captiuus: vt & hunc, eadem Scena.

Quod absque hoc esset, qui mihi hoc fecit palam,

Vsq̄ offerre natum suis me ductarent dolis.

Ridiculè interpretatur Lambinus: atqui ipsi commentum placet. Langiani libri, *oferre natum*. tu meo periculo: *offrenatum*. Offrenati dolis, qui veluti capistro ori iniecto dolis deuincti quolibet ductantur. Vsurpat Plautinæ elegantia diligens imitator Appuleius, libro De Asino sexto: *Hunc* (de Cetero loquitur) *offrenatum vnus offula præda facile præterit*. Scena quæ hanc præcedit:

Ita mihi stolido suis os subleuere offuciis.

eiusdem Langij libri, *stolido vorsus os*. Corrigit Lambinus, *sursum vorsum*. satis audacter mehercule, & propius libros scriptos ego, *vorsus os subleuere offuciis*.

CAPVT II.

Exsiliij causa solum vertere. Fatiscere. Cicero epistola ad Brutum emaculatus.

SVDIFFICILE est plurimis bonorum autorum locis subodorari inculcatam lectionem & agnoscere

ma dignoscere: ita veteratoriè sapenúmero graf-
 fa est correctorum licentia. Quin immò falleret sa-
 penumero & pro vera probaret, absque testibus ido-
 neis veritate descriptis membranis esset. Eiusmodi, si
 quis alius, locus est Ciceronis ad Brutum & Cas-
 sium, epistola D. Bruti. *Qui si ita se habet, ut quem ad-
 modum audiebam de Graccho consilii cum eo sine periculo
 non possit: non ille mihi fugissè à Mutina videtur; sed locum
 belli gerendi mutasse. Itaque homines alij fracti sunt: non-
 nulli etiam conqueruntur, quod persecuti non sitis. Sine
 suspitione mendii, absque libro veteri esset doctissimi
 viri & mihi amicissimi Godescalci Steuerechij: qui
 testè, si quid iudico, legit, sed solum belli gerendi mu-
 tasse. Qui exsulatum ierunt solum mutasse seu ver-
 tisse exsilij causa dicuntur. Paradoxo i v. Quos le-
 gatione affici volunt, exsules sunt, etiamsi solum non mu-
 tarunt. Philippica v. Habent enim legitimam excusa-
 tionem exsilij causa solum vertisse, neque esse postea resti-
 tutos. Ita hic perurbanè ait Antonium solum mu-
 tasse non exsilij causa, sed belli gerendi: sic enim sa-
 loquitur omissio eo, quod de suo certatim adiece-
 re correctores, causa. Mox quæ sequuntur plerique
 omnes mss. ita concipiunt; *Itaque homines alij facti
 sunt: idque tuetur & explicat Manutius. Mihi tam-
 en litterulæ traiectione eleganter emendari vide-
 tur, homines alij fatiscunt. Fatiscere est labascere &
 ab animi alacritate deficere. Tacitus: Donec satis-
 feret seditio & sua quisque in tentoria dilaberetur. Sed
 viderint viri docti; quorum iudiciis & hoc & ce-
 teras meas obseruatiunculas libens meritò sub-
 mitto.**